

361

359

365

peregrinis intromissi fuerunt, et custodes deputati sancti
sepulchri, manent semper usque ad adventum peregrinorum.
Nec fratres positi custodes exire possunt, nec alii fratres
intrare, nisi velint solvere tributum. Et si volunt mutare
custodes, oportet solvere tributum.

355

370

Verum bis in anno patefaciunt valvas templi, et gratis
omnes Christianos intromittunt. Scilicet in Parasceve usque
ad secundam feriam paschae; et in vigilia inventionis sanctae
crucis usque ad vesperas sequentis diei. Et in illis diebus
est templum repletum viris et foeminis, de omnibus mundi
regionibus, et est tumultus magnus et compressio prae multi-
tudine. Et ibi tunc audiuntur omnia idiomata mundi, et forum
pretiosissimarum rerum et cararum fit tunc in ecclesia.
Dentis ergo praefatis duobus temporibus numquam nisi auro
dato aperitur illa ecclesia. Non sicut erat olim, dum alia
erant tempora. Sed catholici Christiani semper et omni hora
intrare gratis poterant, nec admittebatur quovis modo haere-
ticus aut schismaticus in illam ecclesiam, nec pro pretio, nec
gratis. Sed capto sepulchro Domini captivi sunt peregrini,
ita quod non possunt in Jurasalem quidquam agere, nisi quod
placeat Sarracenis.

350

410

310

460

260

Porro, ante paucos annos erat sic consuetudo, quod Sar-
raceni mane in ortu solis ecclesiam aperiebant, eosque usque
ad vesperas inclusos retinebant, et in occasu solis ejiciebant.
Et hoc fuit tolerabile. Sed hodie contrario modo fit, sero
enim nobis aperiunt, et mane nos ejiciunt. Et hoc est mul-
tum durum et molestum, quia noctibus illis, quibus in templo
sumus, parum aut certe nil quiescimus, et hoc propter crebram
locorum sanctorum visitationem et circuitionem, et propter
divinorum Officiorum continuationem, et propter ululatum et
clamores mirabiles orientalium Christianorum, qui tota nocte
ecclesiam clamoribus male sonantibus implet, et propter
mercatorum negotiations, et ultimo propter excessivam mul-
titudinem pulicum (B), qui in pavimento undique saltant, et
ubicumque homo ponit se ad dormiendum vel ad orandum,
statim plenus est pulicibus, nec quiescere potest. Unde autem
veniant nescio, nisi forte ex natura marmoris procreantur, vel
custodes templi eos nutriunt et non occidunt. Post illos

Ende

Anfang

